definiant, sed siue inter partes de conditionibus transactionis conuenerit, siue non, et siue ipsi arbitri inter se conuenerint siue non, totam rem scripto occluso comprehensam sub censuram nram remittant. Nos tandem quod iustum nobis visum fuerit, in ea causa statuemus. Volumus tamen, vt ea compositio iuri vtriusq; partis nihil deroget, sed omnia integra partibus maneant, donec per nos vel compositio partium approbetur, vel aliquid aliud fiat, quod ad cau determinom pertinebit. In cuius rei

Donatio

Sigismundus rc Scamus rc

Quod cum intellexissemus decessisse ante annos aliquot sterilitor Famatum olim Amanbig Armenum Cafensem Ciuem Leopolien, cuius bona apud nos delata fuerunt, ac si iure caduco essent obnoxia ideoq; in Anno 1599 dederamus negocium Generoso olim Erasmo Komorowsky, vt ea bona Fisci nostri nomine inuentari curaret, atq; sequestro subijceret. quod factum quidem est, et ad eius infantiam bona eiusdem Amanbig inuentata atq; sequestrata, tandemq; ad fideiussoriam Famati Georgij Iwaskowicz Armeni Ciuis Leopolien fratris germani Honestæ Bilenka Iwaskowiczowa, eiusdem Amanbig relictæ viduæ, penes eam relicta, et in hac vsq; diem neglecta sunt. Quamuis tamen eadem bona tam exigua sunt et incerta, vt iuri dotali eiusdem relictæ viduæ non respondeant, multo minus debitis, de quibus circa inuentarium protones intercesserunt, tamen eadem vidua propter sequestratiom et fideiussoriam præfatam eis disponere non audet. Habentes itaque rationem orbitatis et paupertatis eiusdem Bilenka Amanbikowa viduæ, sequestrum prædictum Fisci nostri nomine factum relaxan esse duximus, prout iam exnunc relaxamus, eamq; tam ab eadem sequestratione, quam â fideiussoria præfata absoluimus. Et insuper omnia bona eiusdem Amanbig et summas apud diuersos debitores constitutas, si quæ vltra ius ipsius dotale superfuerint, eidem Bilencæ in sustentationem victus iure perpetuæ et irreuocabilis donationis, damus donamus et largimur Cum plena facultate eadem bona omnia permanitum ipsius relicta in vsus suos conuerten In cuius rei fidem rc

Consensus.

Sigismundus rē Scamus rē

Consensisse nos, consentireq; per Ipsum Honesto Stanislao Sculte-
to de villa nostra Tilmanowa in tractu czorstinen sita, vt possit
et valeat toto iure suo, quodcunq; illi ad sculteciam profatam vil-
lae praedictae Tilmanowa, et ad Sumas in ea inscriptas competit,
in personam nobilium Hieronimi Stradomskij et
vxoris eius coram quibuscunq; Actis Autenticis Regni nri cede-
re. Quae quidem cessio posteaquam per eundem Stanislaum facta fu-
erit, nos eam non secus ratam habituri sumus, ac si coram nobis
ipsis facta esset. rē

Consensus

Sigismundus rē Scamus rē

Quod cum nobis relatum esset, acquisiuisse annis superioribus
Famatos Proconsulem cons. Aduocatum Scabinos totamq; Commu-
nitatem Ciuitatis nostrae Sandecen iure hereditario a Famato oli
Paulo Muratore ciue Sandecen villas seu praedia duo alteram Ze-
lieznikowa magna, alteram Zelesnikowa parua dictas, Cumq; ij-
dem Ciues Sandecen animaduerterent easdem villas parum sibi
prodesse, vt pote in quas propter varias difficultates sumptus non
exiguos facere eos sit necesse, magisq; ex re Ciuitatis futurum spe-
rarent, si eisdem venditis pecuniam in vsus ciuitatis conuer-
terent, induxisse eos in animum, vt easdem villas cuipiam vende-
rent. propterea q; nobis per eosdem Ciues supplicatum est, vt eis eam
in rem consensum nostrum non negaremus. Nos eo considerato,
quod villae seu praedia eiusmodi non a primaeua fundatione per an-
tecessores nostros ciuitati collata, sed priuatim iure hereditario ac-
quisita sunt, facile eam in rem consentien esse duximus, quemad-
modum iam exnunc consentimus, dan eisdem ciuibus Sandecen
eam facultatem et potestatem, vt communicatis inter se consilijs
si id ex re ciuitatis fore putauerint, possint et valeant easdem
villas rursus cui voluerint, vendere. Ita tamen vt pecuniam pro
eis receptam in vsus ciuitatis, et non alios conuertant, exindeq;
in locum prouentus qui ex eisdem villis antea ciuitati prouenie-
bant, alium similem (si maior esse non poterit) prouideant, ne
quid prouentibus et emolumentis Ciuitatis Sandecen decedat. In rē